

V9  
3618



XVII, 18. F.






DE ARBORE CON  
sanguinitatis et affinitatis:  
Regulae et Tabel  
lae.

Autore D. Georgio Maiore.

Additus est in fine: de eodem argu  
mento: libellus D. Philippi  
Adelanthonis.



XVII, 18

REVERENDISSIMO

DE ARBORE CON

in quibusdam et annuatis  
et ab eis

in quibusdam et annuatis

in quibusdam et annuatis  
in quibusdam et annuatis  
in quibusdam et annuatis



*P. Pflw*  
21



# REVERENDISSIMO

in Christo: eidemq; illustrissimo Principi ac  
Domino: Domino Georgio Principi in An-  
halt: Comiti Ascaniae: et Domino in  
Seruesto ac Bernburgo: Coadiu-  
tori in Spiritualibus Aders-  
burgensi: ac praeposito  
Adagdeburgensi Do-  
mino suo Cle-  
mentissi-  
mo.

Gratia et pax a Deo Patre: et Domino  
nostro Ihesu Christo.



**S**anctum Antonium Eremitam, cum à Philosopho interrogaretur, quam in hac tanta solitudine consolationem aut doctrinam haberet, cum & libris & congressu ac consuetudine hominum careret, Respondisse ferunt, hanc naturam rerum & hoc pulcherrimum totius mundi opificium, esse sibi copiosissimæ & instructissimæ bibliothecæ loco, in quam intuens, eamq; diligentius considerans, de multis & maximis rebus doceretur & commonefieret, ac profecto ita est. Neq; enim solum totius mundi structura testatur res non casu ortas, Sed à quadam æterna mente singulari consilio conditas, & ab illa adhuc omnia regi & conseruari, Sed singulæ creaturæ etiam commendant & monstrant Deum architectum suum, cuius æterna potentia ac diuinitas, ineffabilis sapientia, iustitia & bonitas, dum altius considerantur, in singulis lucet, ut quæ de Deo & ipsius beneficijs ac uitæ nostræ offitijs in libris scripta leguntur, ea in creaturis, si diligentius consideres, depicta uideas, ut uniuersitas rerum, nihil aliud sit, quam ingens quoddam uolumen, quod si legas, euoluas & consideres, Deum conditorem suum & ipsius infinitam sapientiam, potentiam & bonitatem tibi commendat & prædicat, & ad ipsum celebrandum te inuitat, teq; de omnibus uitæ offitijs & partibus commonefacit. Ideo enim sicuti Paulus ait, Condita res sunt, ut homines in hoc opificio, Dominum architectum querant, ἡ ἄρα γε φιλαφίσειεν αὐτόν καὶ εὐροίεν, καὶ γε ὁ μακρὰν ἀπὸ ἐνοῦ ἐκάσθη ἡμῶν ὑπάρχοντα. In ipso enim inquit, Viuimus, mouemur & sumus. Quæ etiam ratio est, quod scriptura toties nos ad considerationem creaturum, deducit.

A ij

In

In primis uero, creatio hominis, ut operis præstantissimi, de plurimis & maximis rebus nos commonefacit, Cetera animantia proferuntur, aut ex aquis aut terra, solo mandato diuino, sine aliqua singulari deliberatione, & ut ita dicam, Pompa, Producant, inquit, aquæ reptile animæ uiuentis &c. Producat terra, animam uiuentem in genere suo.

Ceterum cum iam omnia, quæ in hominis usum necessaria futura erant, condita sunt, & postremum ad opus omnium pulcherrimum & præstantissimum hominem scilicet creandum uentum est, Hic Deus Pater habita prius diligenti deliberatione cum æterno filio & Spiritu sancto æterno, Non, inquit, producat terra hominem sed singulari & quasi communi decreto & consilio, sumpta de terra globa, ait, faciamus hominem & addit, non ad imaginem & similitudinem ceterorum animantium aut creaturarum, Sed ad imaginem & similitudinem nostram Dei nempe, conditoris rerum, & homo conditus non modo in animam uiuentem, ut sicut cetera animantia uita animalis tantum uiuat, sed ab ipso Deo inspiratur ei spiraculum uitæ, hoc est talis flatus seu spiritus qui sit immortalis.

Neque uero minus admirandum opus mulier Eua est, extracta ex costa uiri Adam, ut sit in liberorum procreatione & educatione, in gubernanda & conseruanda familia, uiro adiutrix & consors ac cohæres uitæ æternæ. Non enim uult Deus genus humanum ex uagis libidinibus, ut cetera animantia procreari, Sed hi duo certo fædere & uinculo arctissimo à Deo ipso coniunguntur. Deus ipse rerum conditor tanquam Paranympus singulari pompa adducit mulierem ad Adam, & eos certis matrimonij legibus coniungit, cum ait, Propter hoc dimittet homo Patrem & matrem et adhaerebit uxori suæ, & erunt duo in carnem unam, id est, non erit, ut ceterorum animantium procreatio & consuetudo uaga, sed alligata certo fædere ut quisque suam uxorem, & quæque suum maritum, habeat, & ut sit diuina & indiuidua coniunctio duorum, non plurium, in carnem unam. Sic autem per se ipsum coniunctis benedicit, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terram.

Ipsam uero procreationis opus quam admirandum est? Confitebor tibi inquit propheta, quia mirabiliter formatus sum, mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet ualde. Non est occultatum os meum à te, quando formatus sum in occulto, & formatus sum in inferioribus terræ, hoc est, in utero matris. Informem massam meam uiderunt oculi tui, & in libro tuo omnia (membra) scripta erant, quæ per dies formata sunt, cum adhuc nulum extaret.

Quantum autem per lapsum primorum parentum, horribiliter humana natura sit corrupta, tamen ipsum generationis opus, non hominum sed ipsius Dei opus, uere summa admiratione dignum est, quod, si quidam καθαγοὶ homines impuri, damnant, sciant se Deum ipsum huius operis autorem damnare. Honorabile enim connubium in omnibus, & thorus immaculatus, Et Ignatius in Epistola ad Heronem ait, Mulieres noli execrari, ipse enim pariunt & nutriunt. Diligi ergo oportet eas generationis causa, & honorare ut cooperarias generationis. Execrabilis quidem uidetur legitima commixtio, sed Deo condecens est ipsius generatio. Et in Epistola ad Philadelphenses inquit, Si quis legitimam commixtionem & librorum procreationem aut aliquam



aliquam escam coinquinationem aut execrabilem putat, hic habet cohabitatore[m] draconem Apostatam, & tales serunt, ut Paulus ait, Doctrinas demoniorum qui prohibent nubere & abstinere à cibis &c. Et qui maior honos procreationi haberi potuit, quam quod æternus filius Dei gestari in aluo uirginis Mariæ, & ex ea nasci uoluerit, id quod & Epistola ad Hebræos prædicat, cum ait, Nusquam angelus assumit, sed semen Abrahæ adprehendit.

Harum rerum consideratio nos de rebus uarijs & maximis comonefacit, quæ in Epistola explicari non possunt. Ex costa, postquam graui somno sopitus est terrenus Adam, extruitur mulier Eua, & tanto uinculo hi duo coniunguntur inter se, ut mulier non modo sit Os ex ossibus & Caro de Carne Adæ, sed & ut maritus & coniunx sine una caro, & quasi unum corpus, cuius caput uir est, Ita ex cœlestis Adamini Domini nostri Iesu Christi in cruce obdormientis latere, & ex eo, sanguine & aqua manante, extruitur Ecclesia, quam sit æterna sponsa filij Dei, quæ præcioso sanguine sponsi sui, quasi agni immaculati Christi (ut Petrus ait) & incontaminati redempta, lauacro aquæ per uerbum uitæ, ab omni peccatorum tabe, macula & ruga mundatur, & ita Christo sponso coniungitur, ut sit Caro de carne eius, & os ex ossibus eius. Ac ipsum opus procreationis in genere humano, nihil aliud quam figura est propagationis æternæ Ecclesiæ Dei, quæ renascitur non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per uerbum Dei uiui & permanētis in æternum, 1. Pet. 1.

Ita apparet Matrimonium præcipue ideo diuinitus institutum, ut sit imago cœlestis & æternæ coniunctionis filij Dei, cum Ecclesia sponsa sua, Ideo inquit Paulus, Mysterium hoc magnum est.

Quare castissime & sanctissime de matrimonio & liberorum procreatione sentiendum est, & omnes uagæ libidines et turpitudines, ut Diaboli incendia fugienda sunt.

Deus enim cum sit mens castissima, hominem ad imaginem suam condidit, non ut diabolicis libidinibus sese contaminaret, sed castitatem perpetuo tueretur, ac ideo fœminam ei certa lege coniunxit, ut duo in carnem unam essent, hoc est, duorum non plurium esset commixtio, & ut ostenderet se odisse & execrari omnes commixtiones, quæ extra hanc legem & coniunctionem, quam ipse constituisset & approbasset, fierent.

Hanc castitatis legem qui uiolant, non sunt Dei, mentis castissimæ, imago, sed horrendæ Diaboli larvæ, & tales auelluntur à Deo, ac fiunt membra meretricum, & organa Diaboli, sicuti. 1. Cor. 6. Ait Paulus, Nescitis quoniam corpora uestra membra sunt Christi, Tollens igitur membra Christi faciam membra meretricis? Absit.

A iij

Sed

Sed hanc Dei imaginem, humanam naturam, & hunc ordinem à Deo ipso in Paradiso institutum, ut unius cum una esset certo foedere & legitima coniunctio, quam uarijs & horribilibus libidinibus ac abominandis foeditatibus omnibus, seculis, Sathan per sua incendia polluerit, & contaminarit, & quam singulis aetatibus talia scelera atrocibus poenis Deus puniuerit, testatur historia totius mundi. Ante diluuium, inquit Moses, accipiebant uxores ex omnibus quas elegerant, hoc est, nulla ratione neq; sanguinis, neq; affinitatis aut iuris naturalis habita, etiam sorores matres & raptas maritis, & quo sua quemq; caeca libido ferebat ac rapiebat, quo scelere tam grauius ira Dei accensa est, ut totum genus humanum, cum omnibus terrestribus animantibus, paucis in arca seruatis, diluuió extingueret, qua poena quæ potuit esse tristior & maior?

Idem testatur horrenda euersio Sodomæ & Gomorræ, Sichimitæ, Sibaritæ, Cananei, tot Regnorum & monarchiarum mutationes, quas apparet ferè propter foedas libidines factas.

Extant etiam exempla, ubi in singulis familijs, Stupra, adulteria, Incestus, atq; talia similia scelera iuxta comminationem diuinam, uisitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem &c. horribiliter diuinitus punita sunt. Quantum malorum & poenarum lapsus Dauidis secum traxit? Filius Amnon uitians sororem, interficitur à fratre Absolone, Absolone concubinas patris stuprans quam misere perit? Quam uero Oedipi tristis historia est? Ipse cum inscius matrem duxisset, in furorem uersus sibi ipsi eruit oculos, & regno pellitur.

Seculi (inquit) crimen uagor  
Odium Deorum, iuris exitium sacri,  
Qua luce primum spiritus hausi rudes  
Iam morte dignus.  
Tandem uagus & exul fulmine ictus absorbetur hiatus terræ.

Ex eo incestu nati filij Eteodes & Polynices, dum inpugna infestis hastis concurrunt, mutuis uulneribus confecti, cadunt, Mater iocasta hunc casum filiorum deplorans, se ipsam, inter duo cadauera filiorum prostrata interficit.

Tyhestes cum fratris Atrei uxorem Aeropem, stuprasset, Atreus proponit fratri duos ipsius filios, partim assos, partim elixos deuorandos, & eorum sanguinem mixtum uino, dat bibendum fratri, Qui cupiditate uindictæ ardens, impellitur à Diabolo, ut cum propria filia concumbat, acceperat enim ex oraculo, inde nasciturum qui calamitatem patris ulcisceretur, Nascitur ex filia filius Aegistus, qui Atreum patrum interficit, postea Agamemnonis Patruelis sui, filij Atrei, coniugem Clitemnestram stuprat, quæ Agamemnonem maritum occidit, Matrem autem Clitemnestram adulteram, interficit filius Orestes, à quo & postremum Aegistus necatur.

Vnde ait Poeta.

Certetur

Certetur omni scelere, & alterna uice,  
Stringantur enses, ne sit irarum modus  
Pudorue, mentes cæcas instiget furor.  
Rabies parentum duret, & longum nefas  
Eat in nepotes, nec uacet cuiq; uetus  
Odisse crimen, semper oriatur nouum.  
Nec unum in uno, dumq; punitur scelus,  
Crescat &c.

Habent & aliæ ætates ac gentes quædam Tragica exempla quæ ostendunt quam horribiliter Deus fœdas libidines puniat.

Danda igitur principibus & magistratibus opera est, ut quantum fieri potest, diuina præcepta, de Castitate & fugiendis uagis libidinibus, seuera disciplina tueantur. Etsi enim uulgo nullum peccatum ducitur leuius scortatione, tamen diluuij, Sodomitarum, Cananæorum & multarum gentium horribiles pœnæ & tot imperiorum euerfiones, ut supra ostensum est testantur, scortatione, stupris, adulterijs, & incestibus, & illis Diabolicis turpitudinibus & fœditatibus, non homines modo, sed & uniuersitatem rerum pollui & contaminari, Fecimus cœlum nocens, inquit, Oedipus, cum propter scelus suum, aërem pestilite infectum, & in tota Thebana regione pestem late grassari uideret. Moueat nos mandatum diuinum, Leuitici. 18. Non polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt uniuersæ gentes, quas ego eijciam, ante conspectum uestrum, & quibus polluta est terra, cuius ego scelera uisitabo, ut euomat habitatores suos.

Tam autem sancte castitatem custodiri & seruari uult Deus, ut in matrimonijs contrahendis, suos certos limites statuerit, quos transgredi immane scelus est. Monet enim & diuina & naturæ lex, non inter omnes aut quoslibet posse constare connubia, sed à certis quibusdam personis propter reuerentiam & iura sanguinis abstinendum esse. Quia in re cum sæpe uel expetulantia uel inscitia peccetur, & incestus horrendi committantur, prodest extare, & etiam uulgo proponi gradus & personas, cum quibus coniungi nefas est, ne talibus sceleribus polluat terra, & ad atroces pœnas irritetur Deus.

Cuius rei curam, Reuerendissime domine, & princeps illustrissime, cum uestra celsitudo etiam ad se, & ad partem Episcopalis muneris spectare uideret, profuturum Ecclesijs et populo Dei, sapienter iudicauit, si tabellæ, de personis & gradibus prohibitis, uulgo proponerentur, quas à me uestre Celsitudinis consilio & mandato, pro ijs qui rationem graduum ignorant, utcunq; collectas, ideo sub uestre Celsitudinis auspicio edere uolui, ut & operi per sese tenui & puerili approbatione iudicij uestre Celsitudinis, aliquid autoritatis accederet, & qualemcunq; meæ erga V. C. obseruantia & gratitudinis significationem ostenderem.

A      iij

Precor

Precor autem æternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut &  
uestram celsitudinem, ac omnes pios Episcopos et Pastores, ac totam  
Ecclesiam suam his miserrimis ac plenissimis omnis generis  
periculorum & ærumnarum, temporibus per  
spiritum sanctum suum regat &  
foueat, & contra Dia-  
boli insidias ac  
furores  
defendet et conser-  
uet.

**Adersburgi Dominica Res  
ministrere.**

**Anno: AD. D. XLVIII.**



# DE GRADIBVS COG

nationum: item de arbore Ciuili et  
Canonica.

## Quare arbor primum est ex- cogitata?

Arbor ideo primum est excogitata, ut esset quasi quædam demonstra-  
tio ad oculum, secundum quam, personarum distantia, mutuo inter se discer-  
nerentur. §. Agnationis Inst. De gradib. cognationum.

## Quotuplex est arbor?

Duplex { ciuilis } Spectat ad { Successiones, ut  
          { canonica }                    { Tutelas L. Juriscon  
  { sultus ff. de grad.  
  { affinit.  
  { Matrimonia. c. Ad  
  { sedem. 35. q. 5.

## Quotuplex est arbor Ca- nonica?

Duplex { Confanguinitatis }  
          { Affinitatis            }

## Quae debent considerari in amba- bus arboribus?

Linea & gradus.

## Quid est Linea?

Linea dicitur collectio personarum, ab eodem stirpite descendentium,  
gradus continens, & numeros distinguens.

## Quotuplex est Linea?

Triplex, Ascendentium, Descendentium, & collateralium. L. i.  
ff. de gradibus affinit. c. i. 35. q. 5.

Linea ascendentium, est quando numeramus a Filio ad patrem a patre  
Ad Auum, ab Auo ad proauum &c.

Linea

Linea descendentium est quando numeramus a patre ad Filium, a filio ad nepotem, a nepote ad pronepotem.

Linea collateralium est, quando numeramus Fratres, & sorores & ultiores quoq.

### Quotuplex est Linea Collateralium?

Duplex, Aequalis & inaequalis.

Linea aequalis est, Quando gradus aequae distant, a communi stipite, Vt Frater & Soror, patruales & consobrini.

Linea inaequalis est, quando quaedam persona aliam gradu praecedat, Vt cum queritur de fratre, & fratris premortui filio.

### Quid est gradus?

Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur, quota agnationis uel cognationis distantia, duae personae inter se differunt. d. L. Iuriscons. ff. de gradib. affinit.

### Quae est prima differentia inter arborem civilem et Canonicam?

In arbore Ciuili, in collateralibus non constituitur primus gradus L. r. ff. de grad. affinitatis, Vt Frater & soror sunt proximi collaterales, et de iure ciuili tamen, in secundo gradu sunt. Ratio est secundum regulam iuris ciuilis quae dicit, Quod unaqueque persona adiecta, constituit nouum gradum, ideo, quia ego sum patri meo in primo gradu, si nascitur postea alius ex eodem patre, soror uel frater, ex generatione istius, causatur nouus gradus, & per consequens appellatur secundus.

In iure canonico in collateralibus constitui potest primus gradus. c. ad sedem 35. q. 5. Vt frater & soror, sunt proximi collaterales, Et tamen de iure ciuili, in secundo gradu sunt. De iure uero canonico, sunt in primo gradu, ius enim canonicum, tantum illud considerat, quod duo fratres aut duae sorores, tribuunt initium transversali lineae. Et ideo in primo gradu illius lineae, eos constituit.

### Quae est secunda differentia inter arborem civilem et Canonicam?

In iure ciuili traditur regula. Quod in linea transversali, sola persona adiecta

adiecta, facit nouum gradum, & ius ciuile numerat gradus, quo ad successiones & tutelas, successio uero est, de una persona ad aliam, merito ergo quaelibet persona, in collateralibus constituit nouum gradum.

In iure canonico, regula est, quo ad causandum nouum gradum, requiruntur duæ personæ, ratio est, quia ius canonicum numerat gradus ratione matrimonij. Sicuti ergo nuptiæ requirunt duas personas, sic quoq; duæ personæ simul, de iure canonico constituunt unum gradum, d. c. ad sedem 35. q. 5. ut frater & soror (de iure canonico) constituunt primum gradum, consobrini & patruales. i. *schwester vnd brüder kinder*, secundum. Sobrini tertium, filij sobrinorum, 4. gradum.

## **Circa quas res uero ambæ conueniunt?**

Circa lineas & gradus, Item quod habent eandem regulam in ascendentibus & descendentibus.

## **De gradibus consanguinitatis secundum arborem ciuilem.**

### **Quid est consanguinitas?**

Consanguinitas, est uinculum personarum, ab eodem stipite descendenti, carnali propagatione contractum, & dicitur consanguinitas, quasi sanguinis unitas.

### **Ubi habetur ratio consanguinitatis?**

Circa successiones, tutelas, & matrimonia. In successione enim, & tutelis plerumq; proximi sunt potioris iuris, & excludunt remotiores. Econtra autem in matrimonijs contrahendis, superiores gradu, sunt tutiores, & proximi repelluntur.

### **Quid est arbor ciuilis?**

Arbor ciuilis est, quæ spectat ad successiones et tutelas, l. Iurisconsultus in princip. ff. de grad. affinit.

## **I. Regula de ascendentibus et descendentibus secundum ius ciuile.**

Tot sunt gradus, quot sunt personæ, connumeratis inter medijs, una persona dempta.

### **Exempli gratia.**

Filius meus est patri meo in secundo gradu, quia numerando à persona filij mei, ad patrem meum, reperiuntur tres personæ, una dempta, remanent duæ, & sic in 2 gradu.

Nota

## Nota.

In ascendentibus & descendibus, nulla est differentia, inter ius civile & canonicum, Datur enim eadem regula, utrinque.

### Secunda regula de collateralibus: in linea aequali.

Tot sunt gradus, quot sunt personæ, stipite dempto.

#### Exempli gratia.

In linea aequali, filius meus & fratris mei filius, sunt in linea aequali, quilibet enim, distat à stipite, scilicet à patre meo, in secundo gradu, per primam regulam, si ergo nunc quæritur, quoto gradu, fratris mei filius, distet à filio meo, numerandæ sunt 5. personæ, filius, ego, & pater meus, & sic stipes, Deinde frater meus, & fratris mei filius, dempto stipite, remanent quatuor personæ, Ergo iuxta hanc regulam nostram, sunt in quarto gradu.

#### Quid est stipes?

Stipes est ea persona, à qua ceteræ omnes (de quibus quæritur) descendunt & originem trahunt.

### Tertia regula de collateralibus in linea inaequali.

Eadem regula habet locum in linea inaequali, uidelicet tot sunt gradus, quot sunt personæ, stipite dempto.

#### Exempli gratia.

Fratris mei filius & ego, sumus in linea inaequali collateralis, Ego enim per primam regulam, disto à patre (scilicet meo) in primo gradu, fratris uero mei filius, distat à stipite (meo scilicet patre) in 2 gradu, Si nunc oriatur quæstio, quoto gradu fratris mei filius, distet à me, numerandæ sunt personæ, scilicet, ego, pater meus (qui est stipes) & deinde frater meus, ac fratris mei filius inueniuntur autem quatuor personæ, dempto stipite, remanebunt tres, & sic sumus in tertio gradu.

### De gradibus consanguinitatis secundum arborem canonicam.

#### Quid est arbor canonica?

Arbor canonica est, quæ spectat ad matrimonia c. ad sedem 35. q. 5. Nuptiæ



Nuptiæ inter ascendentes & descendentes in infinitum sunt prohibita. §. Ergo non omnes, Insti. de nuptiis, Propter causas igitur matrimoniales, non est necesse tradere regulam, inter ascendentes & descendentes.

## **Prima regula de ascendentibus et descendentibus secundum ius Canonicum.**

Eadem est regula, in linea ascendenti et descendenti, tam secundum ius civile, quam canonicum, Tot sunt gradus, quot sunt personæ, una dempta, Declara igitur ut supra.

## **Secunda regula de collateralibus in linea æquali.**

Quoto gradu uterq; distat à communi stipite eodem gradu inter se distant.

### **Exempli gratia.**

Filia mea & fratris mei filius, sunt in linea collateralis æquali: Filia. n. mea, distat à stipite (patre scilicet meo) in secundo gradu, Eodem gradu distat fratris mei filius, à patre meo: Orta questione, an filia mea possit nubere fratris mei filio: Videndum est, quoto gradu inter se distent. Distant autem uterq;, tam filia mea quam fratris mei filius, à stipite (patre scilicet meo) in secundo gradu, per primam regulam, Distabunt ergo quoq; inuicem in 2. gradu.

## **Tertia regula de collateralibus in linea inæquali.**

Quoto gradu, remotior distat à communi stipite: Eodem quoq; gradu, inter se distant.

### **Exempli gratia.**

Si quærat, Quoto gradu fratris mei filia: distet à mea persona, Videndum est, quo gradu ego distem, à patre meo, & sic communi stipite, Et quia per primam regulam, sum patri meo in primo gradu, uidendum nunc erit quoto gradu fratris mei filia, distet à patre meo, communi scilicet stipite, Attenta prima regula, erit patri meo in secundo gradu, & sic ipsa, tanq; remotior, distat à communi stipite, patre scilicet meo in secundo gradu, ergo & nos distamus in secundo gradu.

**B**

**De**

## De arbore affinitatis.

### Quid est affinitas?

Affinitas secundum leges, est personarum proximitas, proveniens ex iustis nuptiis.

Secundum canones, affinitas est, personarum proximitas ex quocunque coitu proveniens, omni carens parentela. Et de illa affinitate hic loquimur.

Dicitur affinitas, quasi duorum ad unum finem unitas, eo quod cognationis diversae, uel per nuptias, uel alioqui per coitum, copulantur.

### Nota.

In affinitate proprie non est gradus, sed computantur personae à consanguinitate contrahentium, ut pater per tertiam regulam quae sequitur.

### Quare est inuenta arbor affinitatis?

Arbor affinitatis, à iure Canonico est inuenta, non propter successiones, sed propter matrimonia, quia affines, inuicem non succedunt, pertinet igitur, ad ius canonicum, & non ad ius civile.

### Quot sunt genera affinitatis?

Tria.

I

Primum genus est, quod mediante una persona tantum contrahitur, persona .n. addita personae, per matrimonialem coniunctionem, primum genus affinitatis constituit.

### Exempli gratia.

Frater meus ducit uxorem Bertam, quae est mihi in primo genere affinitatis.

II

Secundum genus est, quod mediantibus duabus personis constituitur, persona enim addita personae, per matrimonialem coniunctionem, primo generi affinitatis, secundum genus constituit.

### Exempli gratia.

Berta uxor fratris mei, est mihi & omnibus consanguineis fratris mei in primo genere affinitatis, quae, si mortuo fratre meo, nubat Titio, Titius erit mihi & omnibus consanguineis meis, in secundo genere affinitatis.

Tertium

Tertium genus est, quod mediantibus tribus personis contrahitur, persona enim addita personæ per matrimonium, secundo generi, tertium genus affinitatis constituit, Vnde si Berta decedat, & Titius ducat aliam, pone Semproniam, tunc illa erit mihi & omnibus consanguineis fratris mei, in tertio genere affinitatis.

### Prima Regula.

Persona addita personæ per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, sed non gradum.

### Exempli gratia.

Ego & frater meus sumus consanguinei, in primo gradu consanguinitatis, frater meus ducit uxorem, illa uxor est persona addita personæ, per carnis copulam, mutat genus attinentiæ, id est, alio genere attinet mihi, quam frater meus, qui est consanguineus meus, illa uero mea affinis, sed non mutat gradum, Quia sicut frater est in primo gradu, ita quoque eius uxor.

### Secunda Regula.

Consanguinei uxoris, fiunt affines marito, & consanguinei mariti, fiunt affines uxori (ad hoc scilicet, Vt usque ad 4 gradum, matrimonium inter eos prohibe-<sup>Quartus ta-</sup> men gradus in quibusdam locis admittitur, possit) nec consanguinei mariti, fiunt affines consanguineis uxoris (ita ut inter ipsos consanguineos mariti & uxoris, matrimonium contrahi non possit)

### Exempli gratia.

Titius ducit Bertam, iam omnes consanguinei & consanguineæ Bertæ, sunt affines Titij, Ita quod Titius, mortua Berta, non potest ducere unam ex consanguineis Bertæ, quæ fuit Bertæ in 1. 2. 3. uel 4. gradu consanguineæ, Nec e contra, Berta Titio defuncto, potest nubere uni ex consanguineis Titij, qui fuit Titio in 1. 2. 3. uel 4. gradu consanguineus, Sed bene consanguinei Bertæ possunt contrahere matrimonium, cum consanguineis Titij, & e contra, Vnde pater & filius, possunt contrahere cum matre & filia, & duo fratres cum duabus sororibus.

### Tertia Regula.

Consanguinei uxoris, quoto gradu sunt ipsi uxori, Iure consanguinitatis, Eodem gradu sunt ipsi marito uxoris, Iure affinitatis, & e contra, consanguinei mariti, quoto gradu sunt ipsi marito, Iure consanguinitatis, eodem gradu sunt ipsi quoque uxori, Iure affinitatis.

B ij

Ad

## Ad quid prodest haec Regula?

Hæc regula prodest, ad cognoscendum, in quoto gradu affinitatis, quis sit, licet enim affinitas, secundum Ioh. and. super arbore affinitatis, non habeat suam specialem computationem graduum, Tamen computantur gradus affinitatis, secundum gradus consanguinitatis, Et quoto gradu cognationis, consanguineus mihi coniunctus est, in eodem affinitatis gradu, est uxori meæ, & e contra.

### Exempli gratia.

Frater meus, quia est mihi de iure Canonico, in 1. gradu consanguinitatis, erit quoque uxori meæ, in 1. gradu affinitatis, Si ergo consanguineus tuus, ducit uxorem, & uis scire, quoto gradu sit tibi ista mulier, uide quoto gradu sit tibi consanguineus tuus (secundum regulas in arbore consanguinitatis traditas) Et quoto gradu est tibi consanguineus ille, toto uxor eius est tibi affinis.

### Quarta Regula.

*In quibusdam  
tamen locis uj  
que ad tertium,  
propter  
nouas consti-  
tutiones.*

Sicut iure Canonico, inter consanguineos (usque ad quartum gradum consanguinitatis, prohibetur matrimonium, ita quoque inter affines.

### Nota de tribus generibus affinitatis.

Olim in tribus generibus affinitatis, prohibitum erat matrimonium infra certos gradus, ut patet ex. d. c. non debet, primum genus olim usque ad 4. gradum prohibebatur, sicuti ipsa consanguinitas. c. nullum c. æqualiter 35. q. 3. Secundum genus, usque ad 4 gradum, Tertium usque ad secundum.

### Exempli gratia.

Frater tuus ducit uxorem Semproniam, habes primum genus affinitatis, Si frater tuus moritur, ipsa olim non poterat nubere uni ex consanguineis Mariti, uidelicet fratris tui, qui ei in 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7 gradu erat, Quare si fratre tuo defuncto. Sempronia nubat Catoni, iam iste Cato tibi & omnibus consanguineis tuis, est in secundo genere affinitatis, Et Sempronia defuncta, non poterat olim ducere unam ex familia tua, & fratris tui defuncti, qui erat fratri tuo, in 1. 2. 3. & 4 gradu. At Sempronia mortua, Cato ducit Seiam, Hæc Seia est tibi & omnibus consanguineis fratris tui, in tertio genere affinitatis, Et olim non poterat defuncto Catone, uni nubere ex familia fratris, qui erat fratri in 1. & 2. gradu.

Sed hodie, secundum & tertium genus, matrimonium non impediunt, sed tantum primum genus, usque ad quartum gradum (inclusiue) prohibitionem

bitionem habet, sicut consanguinitas, & ideo affinitas in primo genere, usque ad 4 gradum matrimonium tantum, impedit.

### Exempli gratia.

Titius ducit Bertam, iam omnes consanguinei Bertæ, sunt Titio in primo genere affinitatis, Berta defuncta, Titius non poterit ducere sororem Bertæ, quæ est ei in 1. gradu consanguinitatis, & Titio, in 1. gradu affinitatis, neque sororis filiam, quia in 2. gradu, neque sororis neptem, quia in 3. gradu, neque proneptem quia in 4. neque aliquam aliam quæ fuit Bertæ consanguinea, *Cap. de con. infra 4. gradum inclusive, Sed si esset ei coniuncta, in 5. gradu, tunc Titius* *sang. & affi.* posset istam consanguineam Bertæ, ducere, ut puta abneptem (sororis Bertæ) ita quoque e contra defuncto Titio, Berta non potest nubere fratri Titij, neque alij consanguineo Titij, qui ei fuit in 1. 2. 3. uel 4. gradu, sed si Berta decedat & Titius ducit Meuiam, Quæ iam est defunctæ Bertæ consanguineis in 2. genere affinitatis, mortuo Titio, poterit Meuia nubere etiam fratri Bertæ, non, n. secundum & tertium genus affinitatis, hodie Matrimonium impedit.

B iij



Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

**IVRE CONSVLTI**

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.

Faint, illegible text below the main title.



# IVRE CONSVLTI

enumerant quatuordecim causas:  
propter quas impediatur Matrimo-  
nium: Sed praecipuae sunt  
duae: Consanguinitas et affi-  
nitas: De quibus hoc loco tan-  
tum dicetur: Ac primum de  
personis & gradibus: vbi  
ratione consanguini-  
tatis nuptiae: pro-  
hibitae sunt: si-  
cuti sequen-  
tes tabel-  
lae ostē-  
dent.



## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in  
linea recta ascendente: prohibita: Quia tales  
in numero parentum: nempe matrum sunt.

III

Abauiam: et sic vltcrius ascendendo vsqz  
in infinitum: Leui. xvij. l. Nemini c. de nupt.

III

Proauiam paternam vel maternam: Leui.  
xvii. l. Nemini c. de nupt.

II

Auiam paternam vel maternam: Leui. xvij.  
Ergo non omnes: Insti. de nupt. etc.

I

Matrem: Leui. xvij. l. nuptiae consistere  
ff. de ritu nupt. Gene. xxxv. xlix. ij. Reg. xvj.  
Filius prohibetur ducere vxorem ascendendo.

### REGVLA.

Nuptiae consistere non possunt: inter eas  
personas: quae in numero parentum libero-  
rumue sunt: siue proximi: siue vltioris gra-  
dus sunt: vsqz ad infinitum: l. nuptiae consiste-  
re ff. de ritu nuptiarum. s. Ergo non omnes:  
Institu. de nuptijs.

Et nihil interest: ex iustis nuptijs cognatio  
descendat: an vero non: Nam et vulgo quaesit  
tam sororem: quis vetatur vxorem ducere. l.  
Et nihil: ff. eo.

Personæ



## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in  
linea recta ascendente: prohibita: Quia tales  
in numero parentum: nempe patrum sunt.

III

Abauo: et sic ulterius ascendendo vsqz in  
infinitum: Leui. xvij. l. Nemin: c. de nupt.

III

Proauo: paterno: uel materno: Leui. xvij.  
d. l. Nemin: c. de nupt.

II

Auo: paterno uel materno: Leui. xvij.  
Ergo non omnes: Inst. de nupt: etc. d. l. Nemi.

I

Patri. Leui. xvij. l. nuptiae consistere ff. de  
ritu nupt.

Filia prohibetur nubere ascendendo.

REGVLA.

Juxta regulam iam traditam: quae iuris  
naturalis est: intelligitur etiam prohibitio a  
Mose facta Leui. xvij. Appellatione enim  
matris aut patris: intelligi vult omnes ulterius  
ascendentes vsqz ad infinitum: cum sint in  
numero parentum: Sicuti et Gene. ij. praecep-  
tum est: Propter hoc dimittet homo: patrem  
et matrem: et adhaerebit vxori suae etc.

Personae

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in linea recta descendente: prohibita: Quia tales in numero liberorum: nempe filiarum sunt.

Pater prohibetur ducere uxorem descendendo.

I

Filiam: etiam vulgo quesitam. *Leui. xvij. l. Adoptiuus: s. Seruiles: ff. de ritu nup. d. l. Nemini.*

II

Neptem ex filio vel filia: *Leui. xvij. l. Nemini c. de nuptijs.*

III

Proneptem ex filio seu filia: *Leui. xvij. d. l. Nemini.*

IIII

Abneptem: et sic ulterius descendendo vsqz ad infinitum: *Leui. xvij. l. nuptiae consistere: ff. de ritu nup.*

REGVLA.

Jure gentium incestum committit: qui ex gradu ascendentium: uel descendantium uxorem duxerit.

Alia.

In linea recta descendente: uel ascendente: perpetua est prohibitio coniugi: vsqz in infinitum.

Personæ

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in  
linea recta descendente: prohibita: Quia tales  
in numero liberorum: nempe filiorum sunt.

Adater prohibetur nubere descendendo.

I

Filio: Leui. xvij. l. Adoptiuus. s. Serui-  
les: ff. de ritu nup. l. Nemini l. de nup.

II

Nepoti ex filio seu filia: Leui. xvij. D. l. Ne-  
mini. s. Ergo non omnes: Insti. de nup.

III

Pronepoti ex filio seu filia: Leui. xvij. D.  
l. Nemini.

IIII

Abnepoti: et sic ulterius descendendo vs-  
que in infinitum: Leui. xvij. l. Nuptiae con-  
sistere: ff. de ritu nup.

REGVLA.

Appellatione filij aut filiae: Adosus Leui.  
xvij. intelligi vult: omnes ulterius descenden-  
tes: in infinitum vsque: cum omnes sint in nu-  
mero liberorum. Eadem enim prohibitio est  
Adosis et iuris naturalis: qua prohibentur  
nuptiae: inter eas personas: quae in numero pa-  
rentum liberorumue sunt: vsqz ad infinitum.

Personae

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in linea transversali: ascendendo: prohibita: quia tales loco parentum: videlicet matrum sunt.

III

Proamitam et promaterteram *Leui. xviii. l. Non debet de Consangu. et Affi. l. Sororis proneptem ff. de ritu nup.*

III

Amitam magnam et materteram magnam: *Leui. xviii. l. Per adoptionem: ff. de ritu nup. s. Item amitam. Insti. de nup.*

II

Amitam et materteram: *Leui. xviii et xx. l. Nemini l. de nuptijs.*

Filius prohibetur ducere uxorem ascendendo.

REGVLA.

Quia hae personae sunt de superiorib. transversalib. quae habentur loco parentum: ideo ab istarum nuptijs abstinendum esse: etiam ratio naturalis praecipit. s. Item nec matertera: et ibi glosa in verbo materteram magnam: *Insti. de nuptijs.* Itacum Adoses prohibeat: ducere Amitam et Materteram: simul vult abstineri ab ijs: qui in vltiori gradu sunt: Veluti ab Amita magna etc. Sunt enim tales omnes loco matrum.

Personae

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in linea transversali: ascendendo: prohibita: quia tales loco parentum: patrum scilicet sunt.

III

Propatruo magno: aut proauunculo magno: Leui. xvij. l. Sororis proneptem: ff. de ritu nupt.

III

Patruo magno: aut Auunculo magno: Leui. xvij. l. per adoptionem: ff. de ritu nupt. s. Item Amitam: Insti. de nupt. d. l. Nemini.

II

Patruo aut auunculo Leui. xvij. l. Qui in prouincia s. i. ff. de ritu nupt.

Filia prohibetur nubere ascendendo:

## REGVLÄ.

Habet hic locum quartum praeceptum: Honora patrem tuum & matrem tuam etc. Quia enim istae personae sunt loco patrum: Ergo cum ijs coniungi prohibemur.

C

Personæ

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in linea transuersali: descendendo: prohibita: quia tales loco filiarum sunt.

Frater prohibetur ducere uxorem descendendo.

II

Filiam fratris aut sororis: **L. viij. l. Ne mini l. de nupt. s. fratris vel sororis filiam: Insti. de nupt.**

III

Neptem ex fratre aut sorore: **d. l. Nemini d. s. fratris Insti. de nupt.**

III

Proneptem ex fratre aut sorore: **l. Sororis proneptem: ff. de ritu nuptiarum.**

### REGVLA.

Cuius filiam uxorem ducere non licet: neque eius neptem permittitur: s. fratris vero vel sororis filiam: **Institu. de nupt.**

Personæ

## Consanguinitas.

Personae: ratione consanguinitatis: in linea transversali: descendendo: prohibita: quia tales loco filiorum sunt.

Soror prohibetur nubere descendendo.

II

Filio fratris aut sororis: *Leui. xviii. D. L. Nemi.*  
*Nemi. D. s. fratris: Insti. de nupt.*

III

Nepoti ex fratre aut sorore: *D. L. Nemi.*

III

Pronepoti ex fratre aut sorore: *D. L. Sororis proneptem: ff. de ritu nupt.*

REGVLÄ.

Sicuti reuerentia superioribus transversalibus debetur: cum loco parentum sint: ita etiam ab inferioribus transversalibus abstinendum est: cum sint loco liberorum.

C ij

Personæ

## Consanguinitas.

Personae: prohibitae ratione consanguinitatis: in linea collateralis: inter fratrem et sororem: eorumque liberos.

### I

Inter fratrem sororemue nuptiae prohibitaesunt: siue ab eodem patre: eademque matre nati fuerint: siue ex altero eorum. Imo etiam foris genitam et vulgo quesitam sororem quis vetatur uxorem ducere: *Leui. xviii. et xx. Deu. xxvij. D. L. Nemini. Sane enim: Insti. de nupt. L. Et nihil interest: ff. de ritu nupt.*

### II

Inter fratrum sororumue liberos. Hic tamen tacendum non est: neque iure diuino: neque civili prohiberi: quo minus fratrum et sororum liberi coniungantur: s. duorum fratrum: *Insti. de nupt. L. Celebrandis: C. eo. Prohibentur tamen iure communi et vsitato: c. Non debet de consan. et affi. Et eius prohibitionis graues et probabiles causae sunt: quare minime violari debet.*

### III

Inter fratrum sororumue nepotes et nepotes.

Hoc



## Consanguinitas.

Hoc loco moneri necesse est: in quibusdam locis: in hoc gradu: in linea aequali: permitti connubia: sed in linea inaequali: prohiberi: sicuti patet ex sequenti figura.

Johannes pater.

<sup>1</sup>  
Petrus.

<sup>1</sup>  
Paulus: fratres.

<sup>2</sup>  
Henricus

<sup>2</sup>  
Adargarita.

<sup>3</sup>  
Hermannus.

Hic Hermannus prohibetur ducere Adargaritam filiam patruum magni: hoc est: filiam fratris sui: quia sunt in linea inaequali: Sed eius neptem in linea aequali permittitur ducere: consultius tamen est: etiam in hoc gradu: ne facile coniugij septa violentur: vulgo abstineri a connubijs: iuxta veterem & honestissimam regulam: semper in coniunctionibus: non solum quod licet: sed & quod honestum est considerandum est: **L. semper: ff. de ritu nupt.**

Regula hoc loco obseruanda.

Maior est reuerentia & abstinentia uersus superiores & inferiores: quam collaterales.

Sunt enim parentes nostri, qui in linea recta ascendente sunt, uel liberi nostri, qui in descendente linea continentur. Deinde qui in linea transversali ascendente enumerantur ueluti patruus, amita, &c. sunt nobis loco parentum, & ibidem descendendo, loco liberorum, ueluti filia & neptis ex fratre aut sorore, Quibus omnibus maior debetur reuerentia. Postremo sunt collaterales, fratrum nempe sororumue liberi, qui etsi consanguinei sint, tamen inter eos, tam stricta ratio sanguinis ad impediendum matrimonium diuino & ueteri iure ciuili non seruatur. d. 9. duorum fratrum, Insti. de nupt d. 9. Item nec materteram, & ibi. d. glosa in uerbo materteram magnam, Insti. eo.

C iij

Sequitur

## Sequitur de personis ratione

Affinitatis prohibitis.

**Personae: ratione Affinitatis: in linea  
recta ascendente: prohibita: Quia tales paren-  
tum: matrum nempe loco sunt.**

III

**3 Proavi uxorem: siue paterni siue materni**  
hoc est Aui seu Auiæ, nouercam, L. Adoptiuus, §. Nunc uideamus, ff. de  
ritu nupt.

**2 Proauiam uxoris: siue paternam siue ma-  
ternam, D. L. Adoptiuus.**

**1 Auiam vitrici aut nouercae: D. L. Adopt.**

II

**4 Aui paterni uxorem: hoc est: sui patris no-  
uercam, D. L. Adoptiuus.**

**3 Aui materni uxorem: hoc est: suae matris  
nouercam, D. L. Adoptiuus.**

**2 Auiam uxoris suae siue paternam: siue ma-  
ternam, D. L. Adoptiuus, §. Nunc uideamus.**

**1 Matrem vitrici aut nouercae.**

I

**6 Suae sponsae matrem: D. L. Adoptiuus**  
§. Nurus quoq; ff. eo.

**5 Sponsam patris: L. Si qua mihi: §. inter  
me & sponsam patris, ff. eo.**

**4 Socrum. Leui xvij. Deu. xxvij. D. L. Ad-  
optiuus §. Nunc uideamus.**

**3 Concubinam patris: L. Liberi concubi-  
nas, C. de nupt.**

**2 Nouercam uxoris: quam illius pater post  
se reliquit, L. Adoptiuus, §. Nunc uideamus, ff. eo.**

**1 Nouercam suam: siue prima: secunda: aut  
tertia sit, quæ patris uxor fuit, Leui. 18. & 20. Deu. 22. 27. 1. Cor. 5. D. L.  
Adoptiuus. §. Nunc uideamus. ff. de ritu nupt. D. L. Nemini, C. de nupt.**

**Filius prohibetur ducere uxorem descendendo.**

REGVLA.

Ita abstinendū est à consanguineis uxoris, sicuti à proprijs, c. 1. de Conf.  
& Affi. 35. q. 3. de propinquis, & c. Aequaliter, & c. nullum. Sicuti ergo  
prohibitio inter consanguineos ascendentes & descendentes extenditur usq;  
in infinitū. D. L. Nuptiæ cōsistere. ff. de ritu nupt. Ita quoq; eodē modo in-  
ter affines, & ratio est, quia tales affines ascēdentes & descendentes, habentur  
loco parentum & liberorum, ff. de grad. Non facile §. hos itaq; infi.  
§. Socrum Insti. de nupt. D. L. Adoptiuus.

Personæ

## Affinitas.

Persona ratione Affinitatis: in linea recta ascendente: prohibita: Quia tales parentum: patrum nempe loco sunt.

III

5 Adarito proaviae: hoc est: Vitrico Aui sui: L. Adoptiuus: Nunc videamus: ff. de ritu nupt.

2 Proavo Adariti sui: siue paterno siue materno: D. L. Adoptiuus.

1 Auo Vitrici aut Nouercae. D. L. Adopti.

II

4 Adarito auiae paternae: hoc est: patris sui Vitrico.

5 Adarito auiae maternae: hoc est matris suae Vitrico.

2 Auo Adariti sui: vel paterno vel materno.

1 Patri vitrici aut nouercae.

I

5 Patri sui spōsi. D. L. Adoptiuus: Nurus.

4 Sponso matris: L. Si qua mihi.

3 Socero: Leui. xvij. Deu. xxvij.

2 Vitrico mariti sui defuncti. D. L. Adopt.

1 Vitrico suo: siue primus: secundus aut tertius sit: quo cum mater ipsius fuit copulata. Leui. xvij. 21. Cor. v. D. L. Adoptiuus. Socrum. Insti. de nupt.

filia prohibetur nubere ascendendo.

### REGVLA.

Cum Moses uetat coniungij nouercae aut uitrice, simul uetat copulari omnibus ulterioris gradus personis, quae parentum loco sunt, usq; in infinitum inter descendentes & ascendentes. Est enim legis naturalis praecipuum, ne qua comixtio inter liberos & parentes fiat.

Personae

## Affinitas.

Personae ratione affinitatis: in linea recta descendente: prohibita: Quia tales liberorum filiarum nempe loco sunt.

Pater aut Vitricus: prohibetur ducere vxorē descendendo.

### I

1) Priuignam. Leui. xvij z xx. D. L. Adopti-  
uus: s. Nunc videamus: ff. eo. D. L. Nemini L. de  
nupt.

2) Priuigni vxorem L. vxorem quondam: ff.  
de ritu nupt.

3) Nuru: Leui. xvij. z xx. D. L. Nemini z: s. Af-  
finitatum: Insti. eo.

4) Sponsam filij: L. Si qua mihi: s. Inter: ff.  
de ritu nupt.

### II

1) Vxorē nepotis ex filio seu filia: D. L. Ad-  
optiuus.

2) Neptem ex priuigno seu priuigna Leui.  
xvij. L. Aristo. ff. de ritu nupt. D. L. Nemini:  
D. L. Adoptiuus.

### III

1) Vxorem pronepotis ex filio seu filia: D. L.  
Adoptiuus.

2) Proneptim ex priuigno seu priuigna: Leui.  
xvij. D. L. Adoptiuus: s. Nurus: ff. eo.

### REGVLA.

Habet etiam hic locum regula: supra tradi-  
ta: vt perpetua coniugij prohibitio sit inter af-  
fines: etiam descendendo: sicut inter consan-  
guineos: cum sint loco liberorum etc.

Personae

## Affinitas.

Personae: ratione affinitatis: in linea recta descendendo: prohibita: Quia tales liberorum: filiorum nempe: loco sunt.

Adater seu Nouerca prohibetur nubere descendendo.

I

- 1 Priuigno: supra citatis locis & legib. & L. uxorem quondam: ff. de ritu nupt.
- 2 Priuignae Adarito.
- 3 Genero.
- 4 Sponso filiae suae.

II

- 1 Adarito neptis ex filio seu filia.
- 2 Nepoti ex priuigno seu priuigna.

III

- 1 Adarito proneptis ex filio seu filia.
- 2 Pronepoti ex priuigno seu priuigna.

### REGVLA.

Adoses appellatione priuignae & nurus: intelligi vult omnes personas: vltimus ex istis propagatas: cum sint loco liberorum: a quarum omnium: vsq; in infinitum: coniunctione abstinendum esse praecipit: cum ait: Turpitudinem nurus aut priuignae tuae non reuelabis. Est enim diuina & aeterna naturae lex: ne parentib. liberi copulentur: sicuti haec praeccepta grauissime monent: Propter hoc dimittet homo patrem & matrem etc. Item: Honora patrem tuum & matrem tuam etc.

Personae

## Affinitas.

Personae: ratione affinitatis: in linea trans  
uersali: prohibitaе.

III

Vxorē patruī magni: aut Auunculi magni.

II

Vxorem patruī aut Auunculi: Leui. xvij.  
z xx.

I

Sororem soceri sui aut socrus suae.

Frater prohibetur ducere vxorē ascendendo.

Frater prohibetur ducere vxorē descendendo.

I

Fratri vxorem: Leui. xvij. z xx. Adarci vi.  
L. fratris vxorem L. de nupt. L. licet L. de in  
cestis nupt.

Vxoris sororem: Leui. xvij. D. L. fratris  
vxorem.

II

Vxorem filij fratris aut sororis suae.

Filiam fratris aut sororis vxoris suae.

III

Vxorem nepotis ex fratre aut sorore.

Neptem fratris aut sororis vxoris suae.

Personæ

## Affinitas.

Personae: ratione affinitatis: in linea trans  
uersali: prohibitaе.

III

Adarito amitae magnae aut Adarterae  
magnae.

II

Adarito Amitae: aut Adarterae: **Leui.**  
**xyij. z xx. c. de incestis xxxv. q. ij.**

I

Fratri soceri sui aut socrus suae.

Soror prohibetur nubere ascendendo.

Soror prohibetur nubere descendendo.

I

Adarito sororis suae defunctae.

Fratri mariti sui defuncti.

II

Adarito filiae fratris aut sororis suae.

Filio fratris aut sororis mariti sui.

III

Adarito neptis: quae ex fratre aut sorore  
est.

Nepoti fratris aut sororis mariti sui.

REGVLA utilissima & latissime

patens.

Quia vir z vxor sunt vna caro: ergo alter  
ab alterius consanguineis: ita abstinere debet  
sicuti a proprijs.

De

## De prohibitione Leui. xvij. et xx.

Prohibitio Leuitici 18. non est tantum de personis, quæ isthic enumerantur, intelligenda, sed extendenda ad omnes alios consanguineos & affines, qui quæue in pari gradu sunt, cum ijs personis, quas Moses enumerat. Petenda enim sententia legislatoris est, ex capite seu propositione prohibitionis. Sic enim orditur, Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut reuelet turpitudinem eius.

Hic in genere prohibet misceri consanguineis, & postea enumerat certas personas, ex quarum prohibitione, uult etiam intelligi reliquos consanguineos aut conianguineas, quæ in pari gradu seu conditione consanguinitatis sunt, cum illis quas enumerat. Vt cum prohibet misceri Amitæ aut Materteræ, simul uetat coniungi cum filia fratris aut sororis, cum in pari, secundo nempe gradu sint utræq;. Qui enim gradus in linea ascendente prohibitus est, idem etiam in descendente prohiberi intelligatur.

Eodem modo & prohibitionem de affinitate intelligi necesse est, ut cum expressis uerbis, prohibeat ducere uxorem patruum, simul intelligatur uelle, ut ab uxore filij fratris abstinenceamus, cum utræq; mihi in pari, secundo nempe gradu affinitatis sint.

Præterea si per Mosen tantum personarum, & non graduum quoq; facta est prohibitio, sequetur inde scelus abominandum, ut, contra ius naturæ, liceat nepoti ducere Auiam, & sorori meæ liceat nubere Patruo, cum de his personis non extet expressa prohibitio apud Mosen, Et sciendum hoc loco est, inter eas personas, quæ Mosi & Romanis legibus ratione consanguinitatis & affinitatis prohibitæ sunt, non posse consistere nuptias iure naturali, quod eandem uim ubiq; apud omnes gentes habet.

### Regulae generales.

#### I

In contrahendis matrimonijs, naturale ius & pudor inspiciendus est, l. Adoptiuus. ff. de ritu nupt.

#### II

Habenda ratio est consanguinitatis, siue ex iustis nuptijs cognatio descendat, siue non, l. Et nihil interest. ff. eo.

#### III

Consanguinitas intelligitur non modo inter eos qui ab eodem patre, eademq; matre nati sunt, sed & qui ex altero eorum progeniti sunt. §. Sane enim, Insti. de nupt.

Vbi



III

Vbi par gradus & eadem ratio est, ibi & par prohibitio & similis constitutio est.

Exempli causa, cum mihi prohibitum sit ducere Amitam, Ergo & sorori meæ non licebit nubere patruo. Item cum prohibear fratris filiam ducere, neq; sorori meæ permittitur nubere filio fratris, cum in pari gradu sint.

V

Quæ prohibitio in personis masculini sexus facta est, eadem etiam in personis muliebris sexus constituta intelligatur. Vt cum lex uult filium abstinere à matre Vitrici aut Noueræ, simul uetat ne filia nubat patri Vitrici aut Noueræ.

VI

Qui gradus in linea ascendente prohibetur, idem etiam in descendente prohibitus intelligatur, Exempli causa, prohibeor ducere uxorem patruï aut Auunculi, Ergo non licebit ducere uxorem filij fratris mei, cum utraq; in secundo gradu sit.

VII

Si in remotioni gradu facta est prohibitio, multo magis in propiori, Vt si proneptem ducere prohibeor, multo magis neptem.

VIII

Cuicunq; me mortuo, uxorem meam ducere non licet, eiusdem uxorem, ipso mortuo, ego quoq; ducere prohibeor.

Exempli causa. Patri meo, me mortuo, non licebit ducere nurum, hoc est, meam uxorem, Ergo neq; mihi filio, patre meo mortuo, permittitur ducere nouercam, Præterea sicuti patruo, me mortuo, meam uxorem, ita mihi, ipso mortuo, illius uxorem prohibitum est attingere.

IX

Cuius quis uxorem ducere prohibetur, nec eius sponsam permittitur. Sponsa enim in sacris literis habetur pro uxore, iuxta angeli uocem. Math. 1. Ioseph fili David, Noli timere accipere Mariam coniugem tuam, uocat coniugem, quæ tantum sponsa erat. Item Deut. 22. Vbi quoq; uxor uocatur quæ tantum sponsa est.

X

Cuicunq; soror mea propter consanguinitatem prohibetur nubere,  
D eiusdem

eiusdem uxorem, propter affinitatem ego prohibeor ducere. Sicuti enim soror prohibetur nubere Patruo propter consanguinitatem, Ita neq; mihi permittitur, patru uxorem ducere propter affinitatem. Et ratio est, Quia uir & uxor sunt una caro.

## XI

Appellatione focrus, non tantum uxoris meæ mater, sed & Auia & Proauia intelligitur, ut nullam earum possim ducere.

Appellatione nurus, non tantum filij uxor, sed & nepotis & pronepotis continetur.

Priuigna quotq; non solum ea mihi intelligitur, quæ uxoris meæ filia est, sed & neptis & proneptis, ut nullam earum ducere possim, L. Adoptiuus. §. Nunc uideamus, ff. de ritu nupt.

## XII

Mariti filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, uel econtra, matrimonium recte contrahunt, licet habeant fratrem sororemue ex matrimonio postea contracto natos, §. Mariti. Insti. de nupt. L. Generali. §. Inter priuignos, ff. eo.

## Regula de repudiata aut deserta.

Quam quis, mortuo ipsius marito, prohiberetur uxorem ducere, cum eadem, etiam soluto matrimonio, & uiuente ipsius marito, nuptiæ consistere non possunt, Veluti dimissam aut separatam à patre aut fratre aut fratris filio &c. uxorem ducere non licet, quemadmodum ne ipso quidem marito mortuo, uxorem ducere possem.

## Regula de dispensationibus in causis Matrimonialibus.

Quæ iure diuino & naturali prohibita sunt, ea nullius hominis auctoritate mutari aut aboleri debent. Maior enim dei, quam omnium hominum, auctoritas esse debet. Ac præclare inquit. Iure consultus, Naturalia quidem iura, quæ apud omnes gentes peræq; obseruantur, diuina quædam prouidentia constituta, semper firma atq; immutabilia permanent, Sed naturalia, Insti. de iure personarum, & §. ult. Insti. de legit., agnat. tutela.

Alia,

## Alia Regula.

Neminem, qui sub ditione sit Romani nominis, binas uxores habere posse uulgo patet, L. Neminem C. de incestis nuptijs, L. cum qui duas, C. ad legem Iuliam de Adult. & stup.

Si quis ex his, quas legibus aut moribus prohibemur uxores ducere, duxerit, incestum dicitur committere, L. Sororis, ff. de ritu nuptiarum.

D ij



Alia Regula

Nemine qui sub ditione in Romano nomine hinc uxores habere  
posse iungo parat. Nemine C. de incestis nuptijs. I. cum qui duas  
C. ad legem Iuliam de Adult. & Sup.

Si quis ex his duas legibus per moribus prohibentur uxores ducere  
dixerit incestum dicitur committere. I. Sororis. ff. de iur. nuptiar.

D

XIV



# DE ARBORE CON

sanguinitatis et affinitatis:  
siue de Gradibus.

Philip. Adelanth.

XLVIII

PRIMA REGULA

SECUNDA REGULA DE



**C**ONSANGVINEI, siue cognati sunt, ut Iureconsultus ait ab eodem orti ac propagati.

Est enim consanguinitas uinculum personarum, quæ propterea, quod ab eodem stipite ortæ sunt, sanguinis & naturæ societate propius iunctæ sunt. Discernuntur autem lineis & gradibus.

Linea triplex est,

Ascendentium,  
Descendentium,  
Collateralium.

Gradus est interuallum, quo cognoscitur, quæ persona stipiti propior sit. Aliter autem uetera iura ciuilia numerabant Gradus, quam nunc numerat ius Canonicum. Primum recitabimus hoc tempore usitatam supputationem, Inchoanda est autem series ab uno stipite, ut Abraham. Supra ponantur maiores eius, infra ponantur liberi & nepotes.

	Thare	
Aram	Abraham	Nachor.
Loth		Bathuel.
	Isaac	Rebecca.
	Jacob.	
	Ioseph.	

Addantur in lateribus fratres & sorores. Traduntur autem Regulæ tres ad Gradus constituendos.

### PRIMA REGVLA.

Prima est de recta linea, uidelicet ascendentium & descendentium. Quot sunt personæ, tot sunt Gradus, una dempta, uidelicet dempto stipite à quo inchoanda est supputatio. Vt Ioseph distat tertio gradu ab Abraham, Jacob secundo, Isaac primo gradu. Ita filius primum gradum constituit, nepos secundum, pronepos tertium, abnepos quartum. De recta linea traditur sententia, Nullos ascendentes & descendentes, inter se posse connubium contrahere, Quare si Adam hodie superstes esset, non posset ducere uxore.

### SECUNDA REGVLA, DE collateralibus in linea æquali.

Quoto gradu distat alter à communi stipite, toto gradu inter se distant. Ergo duo fratres, seu frater & soror, unum gradum tantum constituunt, uidelicet primum. Quare Iacob primo gradu iunctus est Esau.

Aeacus.

Peleus  
Achilles  
Pyrrhus.

Telamon  
Aïax

Iam si uis scire, quoto gradu inter se iuncti sint, Achilles & Aïax, uide alteram seriem, & obserua, quoto gradu distet Achilles à stipite. Distat autem secundo gradu. Quare & inter se distant, Aïax & Achilles secundo gradu. Ad hunc modum facilis est sequentium personarum supputatio.

Nunc inter Collaterales prohibita sunt connubia, intra quartum gradum, olim fratrum filijs et filiabus licuit inter se contrahere connubia etiam Romanis legibus.



legib: ut docent Institutiones. Vt Orestes duxit consobrinam Hermionem, Id non ideo recito, ut nunc concedi uelim, Sed ut consideremus, quæ prohibitiones sint iuris diuini, quæ sint iuris humani.

Atreus.

Agamemnon  
Orestes

Menelaus.  
Hermione.

Simile exemplum est in Genesi.

Batuel.

Rebecca  
Jacob

Laban.  
Rachel & Lia.

Jacob iunctus est consobrinæ suæ, Rachel secundo gradu.

### TERTIA REGULA.

Collateralium in linea inæquali, quoto gradu remotior distat à stipite, toto inter se distant.

Thare.

Abraham

Aram  
Sara.

Sara distat secundo gradu à stipite, Ergo & Abrahamæ iuncta est secundo gradu. Hoc gradu in linea inæquali prohibita sunt coniugia iure diuino. Aliud Exemplum.

Thare

Abraham  
Isaac

Nachor  
Batuel  
Rebecca.

Rebecca distat tertio gradu à stipite, ideo & ab Isaac distat tertio gradu.

### DE AFFINITATE.

Affinitas est propinquitas personarum, quæ sunt iunctæ copula carnali, ut Dauid alienus est à Ionatha, sed postquam accepit uxorem, sororem Ionathæ, iam fit affinis Ionathæ.

Traditur autem Regula.

Quoto gradu quispiam est mihi consanguineus, toto gradu uxor eius est mihi affinis, ut frater & frater sunt iuncti primo gradu consanguinitatis, ergo fratris mei uxor, est mihi iuncta primo gradu affinitatis.

Priamus

Helenus

Hector, uxor  
Andromacha.

Ergo Andromacha, fuit iuncta Heleno primo gradu affinitatis.

Jacob

Nouerca, id est, Bala.

Ruben.

Ergo Ruben attingit nouercam primo gradu affinitatis.

Casimirus

Sigismundus  
Rex Poloniae  
Filia, coniunx  
Marchionis  
posterior.

Barbara coniunx  
Ducis Georgij.  
Filia, coniunx  
Marchionis  
prior.

Sigismundus

Sigismundi filia fuit consanguinea filiae Ducis Georgij, gradu secundo. Ergo Marchioni affinis fuit secundo gradu.

Non late uagatur affinitas. Nam consanguinei mei non sunt affines consanguineis uxoris meae, Ergo à consanguinea uxoris abstinere debeo, mei consanguinei abstinere debent à mea uxore, non à consanguineis meae uxoris. Quare duo fratres cum duabus fororibus contrahere possunt. Non enim impediuntur affinitate. Pater & filius cum matre & filia contrahere possunt. Quomodo igitur gradus affinitatis numerentur, ex propositis exemplis intelligi potest. Habent autem aliquae personae nomina.

Socer

Socrus

ἐκυρὸς mariti pater ἐκυσὰ mariti mater, πενθερὸς pater uxoris, πενθερὰ mater uxoris.

Gener.

Nurus.

Vitricus.

Nouerca.

Priuigni.

Mariti frater, Leuir δαίης.

Mariti foror glos γαλῶς & fratris uxor.

Duorum fratrum uxores εἰνατέρεις. Haec appellationes extant Iliados ubi Helena Hectorem appellat δαίρα. Postea uero Hector interrogat, an abierit aliquo Andromache ad forores uiti aut ad fratrum coniuges.

ἢ ἐπὶ εἰς γαλόων ἢ εἰνατέρων εὐπέπλων

Octauius.

Augustus

Octauia foror

Iulia

Marcella.

Agrippae.

Vxor posterior.

Vxor prior.

Augustus fuit affinis Agrippae in primo gradu, sed non fuit affinis fratri Agrippae.

### DE SUPPUTATIONE GRADUVM

in iure Ciuili.

Recensui usitatam supputationem Graduum, nec difficile est uidere, quantum ab ea distet uetus consuetudo legum Romanarum. Nam in linea recta ascendentium et descendentium nullum est discrimen, Retinetur enim Regula. Tot gradus sunt, quot personae, una dempta. Sed in collateralibus est discrimen, Quando conferuntur collaterales duplicandi sunt gradus, quia hic quoque retinent Regulam, Tot sunt gradus, quot personae.

Atreus.

Agamemnon

Menelaus

Orestes

Hermione.

Iuxta leges distat Orestes ab Hermione quarto gradu, Nam iuxta leges duo fratres faciunt duos gradus, frater & foror duos gradus, ita deinceps reliqui, Quia in legibus habetur ratio successionum in haereditatibus, ubi fratri succedit frater aut foror, ideo distrahuntur haec personae per Gradus. Sed in iure Canonico alia ratione numerantur. Coniugium duabus personis constat, quae sunt una caro, ideo gradus contracti sunt. Estque supputatio Canonica facilis intellectu, si hanc Regulam diligenter obseruaueris, Quod frater & frater, seu frater & foror iuncti sunt primo gradu.

Iam



Iam ut intelligi possit hæc pertinere ad conscientiam & ad pietatem, addendæ sunt Regulæ, de connubijs legitimis, quæ ostendunt deum requirere reuerentiam sanguinis, & seuerè punire illicitos concubitos.

#### DVPLEX EST PROHIBITIO.

Altera est iuris diuini, altera est iuris humani, Prohibitio diuina extat Leuitici 18. quæ in recta linea, intelligitur prohibere omnia connubia, in collateralibus prohibet primum & secundum gradum in linea inæquali, hoc est ne frater ducat sororem, ne nepos ducat amitam aut materteram. Sed non prohibet secundum gradum in linea æquali hoc est duorum fratrum liberis conceditur connubium, ut Orestes potuit ducere Hermionem. De affinitate etiam, intelligi debet prohibitio perpetua in linea recta, hoc est inter uiricum, priuignam, filiam priuignæ, & sic deinceps. Inter priuignam, item, nouercam, matrem nouercæ. In collateralibus, prohibentur primi Gradus connubia, ne quis ducat nurum, ne mater nubat genero, ne quis ducat fratris uxorem. Ad dit & secundi Gradus lineæ inæqualis, personas, ne quis ducat uxorem patruum. Hæc summa est prohibitionis in Leuitico.

Quamquam autem Politia Moisi non pertinet ad nos, tamen naturalia et moralia, pertinent ad omnes Gentes. Sunt enim leges diuinæ, quas deus uoluit ad totum genus humanum pertinere, & esse normam uiuendi, in sitam naturæ. Nec id lumen omnino extinctum est. Quod autem hæc prohibitio sit iuris naturalis, seu moralis primum, Textus ipse indicat, qui ait, Diuinitus de Ieri Cananeos propterea, quod contraxerint connubia in primo & secundo gradu.

Cum igitur Deus hæc facta damnet in his, ad quos non pertinet lex Moisi, imo cum nondum lata esset lex, sequitur, quod sentiat esse peccata, quæ iure naturæ prohibita sint, Nam & ratio naturalis docet propter reuerentiam sanguinis abstinendum esse à proximorum Connubijs, id quod statim initio creaturæ, etiam uerbo sancitum est. Relinquet homo patrem & matrem, & ad hærebit uxori suæ, Hæc est uox naturæ, in qua Deus discernit personas, matrē & uxorem, & uetat iungi matri. Item, Paulus retinet has prohibitiones in priore Epistola ad Corinthios, ubi docet horrendum scelus esse ducere Nouercam, Et Ioannes obiurgat Heroden, his uerbis. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Quare hæc prohibitiones sunt in Ecclesia retinendæ. Item, Iacob ante legem Moisi, maledicit filio, qui nouercam attigerat. Cum igitur hæc prohibitiones sint iuris naturæ, pertinent ad omnes Gentes, & præcipue in Ecclesia retinendæ sunt. Ideoque hi concubitus dicuntur incesti, apud omnes Gentes, id est, non approbati publicis Legibus & Ceremonijs. Nam res & significat Zonam nuptialem (sponsæ) quæ significabat legitimas nuptias, & approbatas, publica Ceremonia. Itaque incestum uocant illegittimam coniunctionem, quam nullæ Ceremoniæ publicæ, approbant.

Nec dubium est, à Deo puniri magnis calamitatibus incestos concubitus, ut scriptura monet de causis diluuij de Cananeis deletis, Et exempla multa obseruari possunt, uetera ac recentia, ut Oedipi, Iocastæ, Ptolemeorum, Tragici & tristes exitus. Quare & in uetustissimorum Poëtarum præceptis, certi gradus prohibentur, ut apud Phociliden & Hesiodum, qui quidem & hanc prohibitionem, continent, ne quis fratris uxorem attingat.

Sciendum est autem, prohibitiones, quæ sunt iuris diuini, perpetuas esse debere, nec ualere humanas dispensationes, contra mandata Dei, quia  
Deus

Deus non concedit hominibus potestatem abolendi sui mandati. Quare non imitanda, sed detestanda est audacia Pontificum, qui dispensatione sua interdum approbauerunt coniugia, contra prohibitiones diuinas.

Cæterum accesserunt et quædam prohibitiones humanæ, secundi, tertij, & quarti Gradus, Vt enim prohibitiones diuinæ, maiore reuerentia obseruentur, Ecclesia in initio aliquos Gradus adiecit, Hæc ratio honesta & probabilis est. Sed tamen discrimen diuinarum & humanarum prohibitionum obseruandū est. Diuinæ prohibitiones nunquam soluendæ sunt, ut dixi. Potest autem incidere probabilis ratio soluendæ humanam prohibitionem. Id fieri debet per doctos Pastores Ecclesiarum & Magistratus. Prorsus autem reijciendæ sunt prohibitiones, de commenticia cognatione spiritali, ne quis ducat eam, cuius baptismo adfuit, Et similes. Præterea prudentes Pastores Ecclesiarum & Magistratus considerent, quos Gradus humanæ prohibitionis retinere uelint. Adieci exempla probata, de fratrum filijs & filiabus connubio iunctis, ut appareat hunc gradū discernendū esse à diuinis prohibitionibus.

Exempla dispensationum in prohibitionibus humanis.

Fratres

Tobias  
Tobias

Raguel  
Sara.

Aliud exemplum.  
Fratres.

Constantinus  
Helena

Constantius  
Iulianus apostata  
Imperator.

Aliud.  
Mathan.

Ioachim  
Maria

Eli  
Ioseph.

Aliud.

Theodosius prim.  
Placidia

Ærcadius  
Theodosius secun.  
Eudoxia nupta Valentiniano tertio.

Valentinianus tertius  
natus ex placidia.

Honorius duxit duas sorores, filias Stiliconis, sed prior est mortua ante nuptias, ex posteriore, deinde non habuit liberos. Fortassis excusari illud exemplum potest, propter mortem prioris ante nuptias, sed tamen non est imitandum.

NON QUÆLIBET EXEMPLA PATRUM IMITARI LICERE.

Hæc ideo collegimus, ut intelligi possit, quæ connubia concessa sint. Non enim licet quælibet exempla Patrum imitari, ut Iacob, Nec concedendum est, ut aliquis ducat sororem mortuæ uxoris. Nec licet allegari, post promulgatam legem, & contra uerbum Dei iam nobis propositum priorum Patrum facta. Nam propter exempla non est discedendū, ab expresso uerbo dei, Nec opus est disputare de excusatione Patrum. Etiam si quid uicij fuit in aliquorum connubijs ante legem, tamen erant peccata ignorantia probabilis, quæ sanctis deus cōdonat, qui prestant Deo ueros cultus spirituales. Patres uerbum  
Dei

Dei ac ueram doctrinam retinent, defendunt, docent, uere timent Deum; uera fide inuocant eum, nō excogitant idolatricos cultus belligerantur cum idolatris, deinde in externa uita præstāt officia dilectionis, & cauent scandala. Erat autem tunc Polygamia mos politicus, nec putabatur esse turpitudine. Et si enim erat dictum, Erunt duo in carne una, & Lamech peccauit, qui fuit autor Polygamia, tamen paulatim à naturæ rectitudine magis discesserant homines. Et magna uis est consuetudinis, Et nondum extabat Lex, quæ postea promulgata est.

Cumq̃ Polygamia duceretur esse mos politicus. Et scirent patres Deū uelle, ut uiuerent in communi uita, essent mariti, gignerent, usi sunt & hoc more, sed sæpe aliquid uicij est in Politicis moribus, quod Deus condonat pijs, non agentibus contra expressam prohibitionem diuinam. Nam ignorantia probabilis non impedit, quo minus maneant bona conscientia, & fides, quæ talia incommoda, in Politicis morib. tegit. Magna & excellens pietas est, fidem Patrum imitari, qui uera inuocatione Deum coluerunt, & bellum gesserunt cum impijs cultibus. Hæ sunt magnæ uirtutes, quas considerare in Patribus debemus. Exempla uitæ Politicæ, uariant temporibus, Et est prudentia necessaria Christianis discernere ueram & spiritualem iusticiam & mores Politicos,



L I P S I A E

Excudebat Iacobus Beru  
ualdus.

IN PRAEFATIONE EMENDANDA.

Pro globa, lege gleba. Pro conditus, conditur. Pro extracta, ex  
tructa, Pro librorum, liberorum. Pro angelus, angelos. Pro quam,  
quæ sit æterna sponsa &c. Pro tabe, labe. Pro Gomorrae Sichimitæ,  
lege Gomorrae, deleti Sichimitæ. Pro Habent & aliæ ætates ac gentes,  
lege Habet & hæc ætas quædam &c. B iij dele, Gene. 35. 49.  
2. Reg. 16.

Dei ac vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
revera reverentiam eorum, et reverentiam vestram eorum, et reverentiam  
idolatriam, deinde in eorum, et reverentiam vestram eorum, et reverentiam  
la. Etiam vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
illi enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum

Campus Polonus, etiam vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
esse reverentiam in campo, tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum

pass conditorem, etiam vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum  
tunc enim vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum

LIPSIAS

Fridericus Jacobus  
vobis

anno M. D. XLVIII

IN REFORMATIONE EMBENDANDA

Pro gloria vestrae gratiae, Pro cordibus condunt, Pro cordibus  
nuda, Pro librorum, librorum, Pro angelis angelis, Pro quibus  
quibus in reformatione, Pro libris, Pro libris, Pro Gomone, librorum,  
legit Gomone, delecti librorum, Pro libris, Pro libris, Pro libris, Pro libris,  
legit Haber, et haec vestrae doctrinae reverentiam desiderant, hoc est vestram Deum

Vg 3618  
40

ULB Halle 3  
004 759 613




f

Sb.

MCT





306 b.


1

# DE ARBORE CON

sanguinitatis et affinitatis:  
Regulae et Tabel  
lae.

Autore D. Georgio Maiore.

Additus est in fine: de eodem argu  
mento: libellus D. Philippi  
Adelanthonis.



306 b.

